Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

thesaurum istum in vasis fictilibus. ut
sublimitas sit virtutis dei et non ex
nobis. In omnibus tribulacionem patimur.
sed non angustiamur. Apporiamur
sed non destituimur. persecucionem pa
timur: sed non derelinquimur. deij
cimur et non perimus. Semper mortifica
cionem ihesu in corpore nostro circumferentes.
ut vita ihesu in corporibus nostris manifestetur.
In illo tempore. Factum est in .l. lucam
vna dierum docente ihesu in templo populum
et ewangelizante. Convenerunt prin
cipes sacerdotum et scribe cum senior
ibus. et aiunt dicentes ad illum. Dic nobis
in qua potestate hec facis: Aut
quis est qui dedit tibi hanc potes
tatem: Respondens autem ihesus dixit ad il
los. Interrogabo vos et ego unum
verbum. Respondete michi baptismum io
hannis e celo erat an ex hominibus: At
illi cogitabant intra se dicentes. quia
si dixerimus e celo dicet quare ergo
non credidistis ei. Si dixerimus ex
hominibus. plebs vniuersa lapidabit
nos. Certi sunt enim iohannem prophetam
esse. Et responderunt se nescire vnde es
set. Et ait illis ihesus. neque ego dico
vobis in qua potestate hec facio.
Miserere mei domine quoniam ad te Dominica xiii.
clamavi tota die quia tu domine suavis
et mitis et copiosus in misericordia omnibus invocan
tibus te. Ps. Inclina domine aurem tuam et exaudi me
quia inops et pauper sum ego. Gloria Coll.
Tua nos domine gratia quesumus semper
preveniat et sequatur. ac bo
nis operibus iugiter prestet esse in
tentos. Per dominum. Ad ephesios.
Fratres. Obsecro vos ne deficia
tis in tribulacionibus meis
pro vobis. que est gloria vestra. Huius
rei gratia flecto genua mea ad patrem
domini nostri ihesu christi. Ex quo omnis pa
ternitas in celis et in terra nominatur.
ut det vobis secundum divicias glorie
sue. virtute corroborari per spiritum eius
in interiori homine. Habitare christum
per fidem in cordibus vestris. in carita
te radicati et fundati: ut possitis
comprehendere cum omnibus sanctis. que
sit longitudo latitudo sublimi
tas et profundum. Scire etiam super
eminentem sciencie caritatem christi.
ut impleamini in omnem plenitu
dinem dei. Ei autem qui potens est
omnia facere superhabundanter quam pe
timus et intelligimus. secundum virtutem
que operatur in nobis. Ipsi gloria in
ecclesia et in christo ihesu. in omnes ge
neraciones seculi seculorum amen. Gr.
Timebunt gentes nomen tuum domine et omnes
reges terre gloriam tuam. V. Quoniam edificavit dominus
syon et videbitur in maiestate sua. Alleluia. V.
In exitu israel de egipto domus iacob de populo
barbaro. V. Facta est iudea sanctificacio eius